



*continet huc*



MANSVETI  
TERRAE HAEREDES

MATTH. V. s.

23

DISSERTATIO THEOLOGICA  
CVIVS

SECTIONEM PRIOREM EXEGETICAM  
ADIVANTE DEO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

F R I D E R I C O

MARGGRAVIO BRANDENBURGI, BORVSSIAE  
SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE DVCE,  
BVRGGRAVIO NORIMBERGAE, CAETERA CAETERA  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO  
PRAESIDE

PRORECTOR MAGNIFICO

CASPARO IACOBO HVTHIO

SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESS. PVBL. ORDIN.  
PAROCHIAE PALAEOPOLITANAEE ANTISTITE  
GYMNASIORVM ILLVSTRIVM BARVTHINI  
ET ERLANGENSIS SCHOLARCHA

IN  
ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
DIE III. SEPTEMBRIS MDCCCL.

PUBLICAE TQN ΘΕΟΛΟΓΟΥNTQN VENTILATIONI  
EXPOНИT

NICOLAVS MAXIMILIANVS SIEBERT  
MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

ERLANGAE, TYPIS IO. DITER. MICH. CAMERARIJ, ACAD. TYPOGR.



55

# MANSAETI TERRAE HAERDEES

MARTINUS  
DISSESTITATIO THEOLOGICA  
SECTIONEM PROPERM EXEGEТИCAM  
RECOLGORIS MAGNIFICENTIISIMO  
SERVATISSIMO PRINCIPALI AC DOMINI  
DOMINO  
FRIIDE RIGO  
MARGRAVIO ARANDINARIBUS FOBASSIVE  
SILENTIVAE MAGDEBVRGI CLAVIE DACE  
BAROESSIMO MONASTERIO CISTERCIENSIS  
DOMINO NESTO TONGE CLEMENTISSIMO  
HABERGOSIS  
CASPARIO JACOBO HATHIO  
AS THYROL DECLOVE ET PROPHETAE Sicut Ordine  
HABOCHEA SATRIOLOLITANAE  
CUNNISTORIUM ILLUSTRAV BARATHRI  
ET ESENDENSIS SCHOLAE  
ALMA FRIDEFERICIANA ERITANGENSI  
DIAZ DE SPANIA MEDOC  
HABITACE TIN PROLOGOTINTA MULITATONI  
EXCOPAT  
NICOLAVS MAXIMILIANS SIBER  
MONDO-HVNGARIAE  
SIBERIANA TITLO DETER MICR CAMPYLA  
1610



ITERVM A

ondum adeo viperinum ingenium moresque  
perditissimos mutauit saeculum inficetum,  
vt qui non sunt de mundo Confessores  
Iesu Christi, tranquilliores agant aetatem,  
viaque tuitore et venenatis minus expositi  
malorum telis, ad coelestem emergant patriam. Nas-  
cuntur in dies auis peiores, nec vitiosior deficit scelera-  
torum progenies, qui in excogitandis, quibus Christianum  
adficiant, nouis contumeliis eo petulantius lasci-  
uiunt, quo impudentius coeco affectuum impetu, veluti  
pecora, abripiuntur. An vero nos, qui sanctiorem pro-  
fitemur doctrinam, eo vsque Christum abnegabimus;  
vt ferarum induiti naturam repetamus mordentes, vici-  
que a malo iniurias iniuriis rependamus. Evidem na-  
tura recurrat, armaque subministrat priscus homo, illud  
Horatianum susurrans: *Inultus ego ut flebo puer?* Verum  
naturae acerbitati occurrit optimus lenitatis Magister:  
reuocat iras, comprimit, emollit, spatiumque animo  
facit, eumque dulcissima promissione demulcit: *Μανεπος  
οι πρωτεισ. Οηι αυτοι πληγονται την γην.* Beati mansueti:  
isti enim terram hereditate consequentur. MATTH. V. 5.

### §. II.

Melliflua haec verba, dum curatius meditari con-  
stituimus, diuina, quae ipsis inest, suavitate nos totos  
alliciunt: nec tamen diffitemur, ea et tantundem habere  
difficultatis exegeticae; quantum suavitatis spirant.  
Etenim vix verbum exhibuerit sapientissimum Serua-  
toris effatum, quin de eo mirifice dissentiant praefan-  
tissimi

A

tissimi

tissimi interpretum. Alii circa *subiectum haerent*, et qua notione, an pauperis, an adflicti, an humiliis, an mansueti sit finiendum, non sine eruditio*nis laude ambigunt*. Alii de *praedicato*, qualisue hic annuncietur beatitudo, sitne coelestis an terrena, externa an interna, dissident. Maxima vero pars tunc demum in diversa scinditur, quando de *haereditate terrae* foluenda est quaestio: totque et tanta nobis relictā manent sententiarum diuortia, ut auctoritas auctoritati officiat. Adsit nobis, quam piis precibus efflagitamus, diuina gratia, ne pyrrhonismo exegetico succumbat eloquium Dei.

### SECTIO PRIOR EXEGETICA *DE SENSY VERBORVM DISPCIENS.*

#### §. III.

Quo ordine versus quartus et quintus se consequantur, Latini a Graecis discrepant. Mansuetorum beatitudinem secundo loco collocat interpres **VVLGATVS**, cui doctores prisci orbis Latini \* et Pontificii ad unum fere omnes, succenturiantur. \*\* Verum temere ex riuiulis

judi-

\* **HILARIVS**, in **MATTH. T.**, I. Opp. p. 227. ed. Erasmi, 1523. **AMBROSIUS** in **Luc. VI.** **AVGVSTINV** in *Speculo ex Rū. Matthæi* T. III. p. 977. et de *Sermon Domini in monte* T. IV. p. 1102. ed. **EAS HIERONYMV** in *Commentariis et contextu Matthæi*.

\*\* Ordinem eundem tenet **IACOBVIS BERINGERV** in editione *Nouij testamenti confectique ex Euangelistis Mongeffari*, libris rarissimis

annumeranda, Spiree 1526. in qua primam noui testamenti metaphrasin, quam anno 1522. vulgavit b. **LVTHERVS**, postissimum sequitur. Verum nec ista, nec quam anno 1527. correctiore emisit b. Lurherus, ad manus est, editio. Euolui tamen *biblia Wormatiensia anni 1529*, quorum cionem autem fere contra pretiosius bibliotheca nostra publica seruat; in his lectio a nostra nihil differt,

iudicant, quibus ad fontes recurrentum est. Sapienter et ingenue ERASMVS describentium hic agnoscit vitium, omnemque transpositionis culpam in librarios conicit; \* cui, quod miror, MALDONATVS\*\* subscribit. Arrogantius Vulgati sui auctoritatem tuetur BARBADIUS, \*\*\* sed dictatorum more, absque argumentis. Deuatio manifesta est. Etenim 1.) Graecorum codices, si ab vnico Cantabrigiensi Bezae, \* minoris certe in hoc auctoritatis, recedas, tantum non omnes ita recitant, vt mansuetorum beatitudinem lugentium beatitati postponant. 2.) Concinunt patres, quotquot Graecia aluit. 3.) Subscribit ex Latinis TERTULLIANVS\*\*, unde tuto colligitur veteris *Italae* cum Graecis consensus. 4.) Accedit ex Latinis LEO MAGNVS, celebratissimus saeculi V. episcopus, lectionem veterem prae noua amplexus. \*\*\* Stringit hoc argumentum eo fortius, quo evidentius ex ipsa lectione patescit. Praesulem litteratissimum et in enarrandis ascensionis ad beatitudinem gradibus occupari, et ordinis in eorum declaratione adhibere particulas post, deinde. 5.) Confirmat versio SYRIACA vetustissima. 6.) Congruit versio SAXONICA, \* venerandum antiquitatis nostri occidentis monumentum: quod quidem certo indicio est, eam non ita, vt viris

A 2 eximiis

\* in Notis in N. T. ad h. l. in Crit. Angl. T. IV. p. 128. ed. Francof.

Lectionibus Textus Gracil Euangelli S. Matthei p. 74.

\*\* in Commentariis in IV. Euangelistas p. 100.

De patientia c. XI. p. 146. ed.

Euangelicam T. II. L. VII. c. It. p. 407.

Priorii.

\*\*\* in Com. in Concordiam et Hist.

Hom. in Fest. Omnia Sanctorum.

Evangelicam T. II. L. VII. c. It. p.

p. 91. 92. ed. Surii.

407. IO. SAVBERTVS in Varlis

Iunctum edita cum versione VI-

pbilae a Th. MARESCHALLO.

Dordr. 1665.

eximiis \* visum, ad textus latini exemplar conformatam esse. 7.) Quin et ipsa *Compluensis Vulgati* editio emendatior agnoscit.

## §. IV.

Nouam, sed inani et valde iejuna conjectura, exco-gitauit metathesin IO. PISCATOR, interpres cetero-quin haut vltimi subsellii, versum quem Vulgatus quarto praeposuit, post sextum ordinans. \*\* Octo nempe his aphorismis procreantes sibi singit beatitudinis caussas describi, quarum tres priores totidem sint gradus affectionum animi ad iustificationem necessariarum, paupertas spiritus, luctus, esuries fitisque iustitiae, quae fidem atque iustificationem antecedant; reliquae quinque, vt fidei fructus, iustificationem sequantur. Mansuetudinem exinde, dum ex numero sit illarum affectionum, quae ex fide nascuntur, classis posterioris virtutibus annumerandam statuit: vnde merito accusanda erat descriptorum fides, quarum oscitantia enata sit versuum, quam somniat, trajectio. Verum si ita licuerit diuinae sapientiae purpureae humani assuere ingenii licinia, quid in peruerteris Spiritus sancti oraculis mortalium demum conabitur audacia? Primo prorsus heterodoxum et doctore ex schola protestantium indignum est, procreantes excudere iustificationis caussas, cum *xwqig egrav*, ex sola gratia iustifice-

\* Sic quidem iudicasse memini  
VEN. BENGEL. in App. Crit. p. 392.  
Obtinuisse dubio Caroli M. a quo,  
ad quod versio haec spectat prae-  
stantissima, lectio Vulgati Hirony-  
miana: quam nostra relinquit. Ne-  
que hic inter vulgatum *ordinarium* et  
latinam manuscriptorum lectionem  
cum Graecis melius congruentem di-

stinguere licuerit; cum totus fere orbis  
latinus in ista metathesi consentiat.  
Certe quae inter versum 28. et 29.  
capitis XX. Matthaei inserta exhibet  
Versio Anglo-Saxonica, ex Vulgato  
non hausti.

\*\* in scholis ad c. V. Matt. Com-  
mentariorum in omnes N. T. libros  
p. 52. 53.

mur ROM. III. 24. 28. c. IV. 5. GAL. II. 16. EPH. II. 8. 9. \* Secundo ineptum est iustificandos a iustificatis discernere, vbi eadem vtrisque addicitur beatitudo, quae statum iustificati supponit. Dum beati sunt pauperes spiritu, quoniam ipsis est regnum coelorum, iustificati iam sunt, nec demum iustificandi, ROM. IV. 6. Tertio temere effingitur virtutum genealogia, cuius in gratiam ordini spiritus sancti vis inferenda et codicum fugilanda est fides. Certe nec Scholasticis defuit ingenium, beatitudinum exornandi scalam, quam Vulgatus sua traectione extruxit; nec adeo trunci et stipites sunt Pontificii, quin cauслam eandem defendant: cuius rei vel DIONYSIUS CARTHUSIANVS testis sit. \*\* Tamdiu itaque cum Pontificiorum schola committatur Piscator, ac pro ratione stare voluntatem, ac paribus ingenii armis vtrinque dimicare licuerit.

## §. V.

Neque vero nobis deficit nexus, quin immo ordine valde concinno et longe aptiori se inuicem excipiunt virtutes Seruatori laudatae, si reiecta metathesi Graecos sequamur. Inprimis Lucae, qui eandem strictim repetit orationem, habenda est ratio. Vnum enim eundemque esse Christi sermonem, quem Matthaeus et Lucas recitant, fusius demonstrauit in Harm. Matthaei et Lucae circa

A 3

Orationem

\*\* Grauter es de causa iam reprehensus est FRANC. GOMARO Opp. I. p. 46, cuius verba digna sunt, quae hic reperantur: *Et mirandum et dolendum in tam grauem errorum, in huius captivis explicatione, si loquendi modum spectemus, virum doctissimum incidisse quem errorem tanquam scopulum merito indicandum pro officii fide existimauit.*

\*\* in Errr. In quatuor Euangellistas art. IX. fol. XV. - XVII. Vide et LYRANVM, qui operiosus hac in re desudat.

*Orationem Christi in monte, quae primam dissertationis, pauperes spiritu inscriptae, sectionem constituit. Tribus aphorismis octo beatitudines comprehendit LVCA S: vnde ad tria membra omnia redeunt. Praeuidit nempe Deus, primos et potiores regni coelorum ciues pauperes fore, fame ac siti laborantes, varieque propter iustitiam euangelicam adflitos: vnde statum eorum externum interni imaginem ecclesiae constituit, sumtaque a corporali eorum conditione phasi spiritualem affectionum animi indolem omnibus pingit. Praecedit ea de causa BEATITVD O PAVPERVM, non tam rerum inopia, quam spiritu talium. Hi ex altera parte lugentes, spem Israe lis exposcebant: ex altera quod implantabatur euangelii verbum ut digne reciperent, fructusque ferrent multiplices, motibus animi mansuetudine imperare necesse habebant. Colligit haec Lucas primo aphorismo: Beatis pauperes; vestrum enim est regnum coelorum. Sequitur ESVRIENTIVM ET SITIENTIVM ex egenis Christi festatoribus beatitas. Hi dum iustitiam potius esuriunt euangelicam, iustitiae huius sensu fiunt misericordes, puri corde, pacifici. Beatitudinem eorum secundo aphorismo comprehendit Lucas: Beati esurientes nunc, quoniam saturabitur nisi. Tandem ob iustitiam fidei varie a Iudeis et gentibus, diabolo et mundo VEXANTVR regni coelorum haeredes: vnde tertio aphorismo eos bene sperare iubet: beati flentes nunc, quoniam ridebitis.\**

§. VI.

\* Versum quartum subordinari testio, et sextu[m] quinto existimat Reu. BENELIVS in Gnom. ad h. l. quem vero nexus Lucac, quam sic instruimus, cum Matthao collatio non admittit. Et enim tunc quintum quam quartum Lucas sub tertio colligit.

## §. VI.

Beatitudinis mansuetis addictae promissionem verbis Davidicis enunciat Seruator ex PS. XXXVII. 11. Verba textus Hebraei sic habent: יְשָׁרֵם יְמִינֵי cui LXX VIRALIS VERSIO exacte respondet οἱ δὲ πρᾶτοι μηδενὶ μητέ τινες: unde et verbis iisdem effert Seruator: *Mansuetos* οἱ πρᾶτοι οἱ μητέ μητέ τινες την γην. Non addit nisi articulatum, quo terram definit, idque explicationis causa admodum sapienter: cui si interpretes meditando tenacius inhaesissent, sensum dicti penetrassent felicius. VVLGATVS locum in Psalmis recte vertit: *Mansueti HAEREDITABVNT terram*: Inconsultius in Matthaeo immutat: *Beati mites, quoniam POSSIDEBVNT terram*. Concinnius VETVS ITALA, vt coniicio, reddidit: haereditate possedunt, vti et LEO MAGNVS recitat, \* et Metaphrastes IRENAEI. \*\* Vocem proinde haereditate, cui potior vis inest, somnolenter omisisse videtur Vulgatus, preesse secutus Hieronymum vt in Psalmis, ita et in Matthaeo.

## §. VII.

Circa subiectum πρᾶτος, quod *mansuetos* signat, nulla prorsus haereret difficultas, quodsi solius Graeciae profanae iudicio standum esset. ARISTOTELI describitur, quod sit μεσοτῆτος πρᾶτος ὥρας μεδioeritas circa iras, adfectuumque moderatio. Etenim δὲ πρᾶτος καὶ εἴτε γνωμήτως, αλλα καὶ λόγως συγγνωμήτως, non ad uti scendum pronus est, sed ad ignoscendum. \*\*\* Interpretatur ANDRONICVS RHODIVS Δουει πρᾶτος εἰγεια

\* in Hom. ad Fess. O. O. Sam. supra cit. p. 303. ex ed. Massueti.

\*\* adū. Haeredit. L. V. c. IX. §. IV. \*\*\* Ethicorum L. IV. c. 5.

εἶναι οὐ μῆταχος καὶ μηδέπονος υπὸ τε πάδες. *Videtur mansuetus esse*, qui perturbationibus vacat, neque ab affectu ducitur. \* In *Definitionibus Opp. Platonis* ita pingitur: πρωτῆς μῆταχος παντελεῖς, ἡρικαὶς πεπονισμένος φυχῆς σύμμετερος. *Mansuetudo est sedatio motus, qui ab ira solet excitari; temperatio animi moderata.* \*\* **XENOPHON** utrumque coniungit: πέντε τε καὶ συγγνωμανίαν τονικήν αμαζηματίαν. *Mansuetus et humanis aberrationibus ignorans.* \*\*\* **PLATO** πεπονισμένος φυσιον nominat. \* Confirmat et **PLVTARCHVS** in libro περὶ πορευτικῶν, et centum alii: nec ab hac facile vocis potestate ullus Grac. corum recesserit.

## §. VIII.

Hoc dum lubenter concedunt, qui in partes contrarias digrediuntur, viri clarissimi, significatum vocis obuertunt hellenisticum; nostram, quae *mansuetum* reddit, totis viribus impugnantes acceptiōnem. Vnus ex omnibus audiatur **ABRAHAMVS CALOVIVS**: παντες apud Hellenistas non mitem aut clementem, sed afflictum et humiliatum notat NVM. XII. 3. PS. X. 17. XLIX. 36. XXXVII. 11. PROV. XV. 33. \*\* vnde et hoc loco non aliter ac humilem et afflictum finit exponi. \*\*\* Rationes qui ita colligunt, in quatuor potissimum sententias abeunt. Prima eorum est, qui pauperes reddunt; quo **DANIEL HEINSIVS** concedit, magnus ille Hellenistarum Patriarcha, paupertatem et opulentiam, coelesti adeo paradoxo, sibi opponi

\* Paraphr. Ethicorum L. IV. c. 7.  
Init.

\* de Republ. L. II.

\*\* p. 1338. C. lin. 7.  
\*\*\* *Fabula VI.*

\*\* in Bibl. illustr. ad ZACH. IX.

9. p. 971.

\*\*\* l. c. ad MATTH. V. 5.

opponi existimans. \* Alii *humiles* interpretantur, quibus ARABS praelatisit. \*\* Sunt, qui *adflitos* transferri praecipiunt, quam sententiam data opera defendit GODOFR. OLEARIVS, \*\*\* refutatus ea de causa b. WOLFFIO: \* praeiuit tamen SYRVS. Nec dissentit FLACIVS, licet de *spiritualiter* *adflitus* cogitans. \*\* *Humiles* denique et *adflitos* nonnulli coniungunt, quorum causam cum maxime agit ABR. CALOVIVS.

## §. IX.

Hellenistica nolo instaurare certamina: intus utique et hic peccatum est et extra. Hellenisticam tamen <sup>7\*</sup> significationem ex hoc nostro loco proscribere, nullus vereor. Ante vero meas quam perorem rationes, praemonenda quaedam existimo, in quibus viros passim eruditos utrinque deuiasse, animaduerti. Ita nempe dubio vacat, voces hebraeas *miser*, *adflitus*, et *manguetus* in LXX. viralì versione promiscuo nonnunquam usu sibi surrogari. Verum I. temere hic erroris postulatur graecus interpres; nec ferenda GROTHI coniectura, qua ex literarum, et, facili commutatione significatus diuersitatem vitio male legentium tribuit. \*\*\* Commutati utique significatus duo illustria nouum testamentum suppeditat exempla, quibus istam vocibus subiectam potestatem diuino comprobari Spiritui, manifestum est. Rex Sioni efflagitatus Zachariae descriptione venit *vix;* quod

B

neuti.

\* in Exerc. Sacr. ad N. T. p. 15. 26.

\*\* Ad Hellenistas respiciendum semper, cum de mente loci aut interpretatione agitur.

\*\*\* apud LVD. DE DIE Vin Anim-

aduersi ad h. i. p. 322.

\*\*\* in ob. in Matth. p. 157. 158.

\* in Curiis ad b. 1.

\*\* in Graffia ad b. 1.

\*\*\* ad ESAIÆ LXI. 1.

neutiquam *μενης* aut *μηδεκος* vertitur *τοιος* LXX, sed *πραγματευεται*. Retinet vero Matthaeus, in eundem modum enuncians: *Ecce Rex tuus tibi venit MANSVETVS.* MATTH. XXI. 5. coll. ZACH. IX. 9. E contrario quos *וְיַעֲשֵׂה* dicit Iesaias in vaticinio de euangelizandis miseris, metaphrastes graecus non aequo *μετατρεπει* interpretatur, ac *πραγματευεται*, ad Euangelium PAVPERIBVS annunciatum. LVC. IV. 18. coll. ES. LXI. 1. II. Non indulgentia Scriptorum noui testamenti tolerata est *των* LXX. hallucinatio: sed vocum hebraearum ita fert indeoles, ut tanquam voces eiusdem originis, et vicini sint significatus. Hallucinationem dixerint, qui cum Grotio sapiunt: sed et erroris ansam dederunt Lexicographi, qui hebraeum *וְיַעֲשֵׂה* ad unicam *mansueti* notionem restringunt. \* Sumitur enim et de *adflitti*, quibus pro cote mansuetudinis est miseria: vnde recte *μενης* vertunt PS. X. 12. 17. Acute hic videt b. AVG. PFEIFFERVS, qui *adflito-mansuetum exponit*. \*\* Idem de cognato *וְיַעֲשֵׂה* dicendum, quod *miserum mansuetudini affuetatum* exprimit. Agnouit KIMCHI, *וְיַעֲשֵׂה* nonnunquam idem esse ac *וְיַעֲשֵׂה* asserti allegans Paraphrasten Ionathan, qui sic capiat. \*\*\* Certe in loco NVM. XII. 3. quando MOSES dicitur *וְיַעֲשֵׂה* *prae omnibus hominibus terrae*, significatus *mansueti* valde absurdus est. Partim enim ex historia constat, quam *saepe* ad iram com-

motus

\* Ita COCCEIVS, in Lexico, qui eo usque excedit, ut locum virumque Zacharie et Esiae ad hunc significatum detorquet. Nec circumspecte latius loquitur VITRINGA, quando voces *וְיַעֲשֵׂה* hoc saepe inter se significatu dicit *confundi*, in Com. ad Es.

LXI. 1. p. 224. Ita et GVSSETIVS in Lexico, ed. nouae Lipsi. p. 1185. Sapientia confunduntur humiliis conditione et humili spiritu, ac per moralem virtutem.

\*\* in Dub. uex. Loc. XXI. Opp. T. I. p. 149.

\*\*\* ad ZACH. IX. 9.

motus excanduerit Moses: partim ab indole et modestia scriptoris sacri alienum est, tanto semet ipsum ornare elo-gio, ut *prae omnibus per totum terrarum orbem se dicat mitissimum*. Accurate vertit LVTHE RVS: ein sehr geplegter Mensch, über alle Menschen auf Erden. At iniusta reprehenderunt censura SIXTIMVS A M A M A \* et HACK-SPANIUS: \*\* male correxit b. ZELTNERVS: \*\*\* istumque huius loci significatum b. Oleario praepostere negavit b. WOLFFIVS. \* III. Hallucinatus est VVL-GATVS, quando hebraeum *vñ* ZACH. IX. 9. *pauperem* transfert: hoc non obstante in loco parallelo MATTH. XXI. 5. *mansuetum* interpretatus. Etenim et in loco Zachaiae *mansuetum* dicere debuisset: sicut et graecus Metaphrastes *πανες* recte interpretatus est. Errore eodem se inuoluit, dum ESAIAE LXI. 1. *וְעַזְבָּן מְנֻסָּע* *mansuetos* reddit, quos accurate interpres graecus *παχασιοις* expressit: ipse sibi contradicens, dum in parallelo LVCAE c. IV. 18. *pan-peres* vertit. Ambiguum vbi loci significatum Spiritus Dei determinat, humani cessat arbitrii in finiendo potestas. Hoc sibi capiant Postillophili, ne in concilianda codicis vtriusque discrepancia ingeniosius labantur. \*\* Non tex-tus originalis sibi repugnat, sed eius verio. IV. Inanis est consecutio, quae ex vocum hebraicarum homo-nymia

## B 2

\* in Antilbarb. p. 366.

\*\* in Not. Phil. P. 1. p. 466.

\*\*\* in Bibl. Griff. ad h. 1.

\* in Curti ad h. 1.

\*\* Male ipsis consuli: CHRISTOPH. STARCKIUS in *Synopsi Biblioth. Exeg.* ad Matth. XXI. 9. „Nach dem  
„Hebräischen heisst es arm, kommte

„wohl überein, weil die Reichen  
„gemeinlich hochmuthig; so  
„sind die Armen sanfmuthig.  
Sed contrarium experti sunt, qui vel  
e longinquo hominem norunt. In  
eundem errorem impingit ad Luc. IV.  
18. bey dem Jesaia steht nach dem  
Hebräischen den sanfmuthigen.

nymia ad hellenisticam dictionis ambiguitatem concludit,  
aut hebraicarum significatum ex graeco metitur.

§. X.

Ex his *primum* aduersus consitum vocis *πειρως* hellenis-  
num neco argumentum. Hellenistica haec, qua *pauperem* aut *aduersum signare* praetenditur, acceptio inter  
chimaeras pertinet et somnia, a viris eruditis vix excogita-  
ta, nisi dormitassent. Euolui loca a viris clarissimis  
cateruatum adducta: addidi concordantias Trommianas,  
quas iterata industria attente perlustrauit: Sed ne *umbra*  
*argumenti* deprehendere valui. Etenim mixta quadrata  
rotundis si caute discernas; in his quae opponuntur

I.) loca occurrunt, non alio ac hoc nostro Graeciae  
profanae significatu exponenda, quo *mansuetus* signatur.  
Injurius es aduersus Spiritum S. si prophetiam ZACHA-  
RIA E de Rege Zionis ex c. IX. 9. veniente *γη*, aliter  
ac *mansuetus* vertas: per totum enim nouum testamentum  
non alio, ac hoc significatu, vox *πειρως* obuenit. Dum in  
vnico MATTHAEI loco ad hellenismum configisis, malae  
profecto causae indicium erit religionis risoribus. Perinde  
egregie falleris si *γη* *επιγη* IOBI XXIV. 4. *humiles terrae*  
cum IVNIO et TREMELLIO, aut cum SEB. SCHMIDIO  
*pauperes terrae* interpreteris. Ipse Vulgatus reddidit *man-  
suelios terrae*: nec repugnat nexus, quin immo hunc signi-  
ficatum commendat. *Pauperes pellant ex via*, sc. inuasores,  
*et mansueti terrae*, qui caedibus non delectantur et bellis,  
*abscondunt sc.* \* Sic et ZEPHANIAE III. 12. et reliquum

ix

\* *Orphanos, viduas, infirmos et obuerit OLEARIVS Obs. I. c. mi-  
nus* *πειρως*, dum hoc Iobi loco sibi jungi *nus acute sive videt sive conclusit.*

in te faciam λαον μεγαν, rectius vertas populum *mansuetum*, tametsi ego iungatur: vaticinatur enim Propheta de diebus Messiae, in quibus utrumque, et populum pauperem habes et *mansuetum*. \*

II. Ad stabiliendum Hellenismum loca proferuntur, in quibus manifesto lapsus est Graecus interpres. Ita NVM. XII. 3. et E.S. XXVI. 6. urget OLEARIVS. Verum de illo iam dictum est §. praecedenti: nec obstat, quod omnes textus circumstantias *lenitatem* potius Mosis innuere obuertat, quam afflictionem; contrarium enim iam dedimus euictum. Idem de verbis ESAIAE pronunciamus. In hebreo non est νησιν sed νησιαν: conuenientius proinde vertere debuisse: *pedes pauperis*; prout et VVLGATVS reddidit. \*\* Quo iure vero quae inuria ex istiusmodi hallucinationibus excudatur idiotismus, vel qui mediocri ingenio pollet, facile iudicauerit. Quoties quoero lapsus est Vulgatus, vocem hebraeam latina valde dissimili interpretatus: ecquis vero unquam eo amentiae processit, ut latinismum inde confecerit, et reiecta notione communi in significationem Latinis inauditam detorserit? Interpretis fuit, homonyma νησιν et νησιαν iudicio critico probe discernere: censurae subiicitur, dum neglexit: at integra manet vocis male adplicatae significatio.

## B 3

## III.

\* Subsoluit iam IUNIO et TRE-MELLIO ad h. l. unde populum modestum et tenuem vertunt; monentes tamen in notis, quod et *mansuetum* reddere possit, populusque primitiuae ecclesiae respiciatur.

\*\* Gracium enim hac voce Messiam locumque ZACH. IX, 9, respexisse vix probabile est. Attamen IARCHI de Messia exponit, et ad verba Zachiariae remittit. Nec in singulari *Pedes PAUPERIS*, sed in plurali reddiderunt os LXX.

III. Supersunt loca ex Psalmis, in quibus notionis adficti cum maxime haberi rationem Calouio vifum est, PS. XXV. 9. XXXIV. 3. LXXVI. 10. CXLVII. 6. CXLIX. 4. At tantum abeft, vt formalis vocis πραυς, quo mansuetum signat, deseratur conceptus, vt potius cum maxime adtendarur. Ita Deus PS. XXV. 9. non adfictos, sed mansuetos manuducturus dicitur in iudicio, docturus mansuetos: quod egregie conuenit cum verbis Iacobi recipie verbum IN MANSUETUDINE IAC. I. 21; nihil enim doctrinae crucis atque salutis magis aduersatur ac animus mali impatiens. Sic David mansuetis potius quam adfictis canere instituit: PS. XXXIV. 3. his enim et impii annumerantur, quibus frustra occinuntur solamina. Πραυς η μαγδια PS. LXXVI. 10. rectius de mansuetis exposueris, praesertim cum in textu originali dicantur γραμμης mansueti terrae, quos seruaturus est Deus, eosque omnes, quod in adfictos neutquam quadrat. Mansueti sunt, quos Dominus recipit: his peccatores opponuntur, quos deprimit PS. CLXVII. 6. et PS. CXLIX. 4.

IV. Reliqua, quae in metaphrasi LXX. viral vocem controuersam πραυς exhibent, mansuetudinis notionem ita necessariam faciunt, vt omnem prorsus excludant Hellenismum. Delirat, non interpretatur, qui PS. XLV. 4. ενεπει αληθειας ναι πραυητος ναι δικαιουντης seposita mansuetudinis virtute in alienum traxerit significatum. Sic et πραυντης PS. XCIV. 3. η πραυντης αυτον αφ ημεραν πουντα. et PROV. XVIII. 14. Sic et compositum πραυθυμης PROV. XIV. 30. XVI. 20. His optimo iure annumc-rabis

rabis IOEL III. 11. ενεο πρεσβυτης, pulcre obser-  
uata mansueti et bellatoris oppositione.

V. Si Hellenismum suum nondum erubescunt viri  
ingeniosissimi, dixerint mihi, cur non aequae in voce  
πρεσβυτος locum inueniat, cum eadem ratione hebraeo  
πρεπει ac πρεπει in versione LXX. viraliter respondeat. \* Difficile  
fuerit satyram non scribere, ubi nouus homo vo-  
cem πρεσβυτος stylo hellenistico non amplius pauperem, sed  
mansuetum in noui testamenti libris vertendum esse praeci-  
piat. Sed ita res suas instituunt, qui ob loca quae-  
dam veteris testamenti, aut male intellecta aut sinistre  
translata, consuetam graeciae profanae notionem dese-  
runt, nouamque per Hellenismum voci πρεσβυτος adsingunt.

VI. Ut denique finiam, liceat ex clarissimis dissen-  
tientibus quaerere, qui fieri potuerit, ut scriptores libro-  
rum apocryphorum, cummaxime hebraizantes, confitum  
vocis πρεσβυτος hellenismum prorsus igaorent, totidemque  
in significatu profanae Graeciae adhibeant; cum versio  
πρεπει LXX. frequenti adeo vsu, ut quidem obtendunt,  
reddiderit familiarissimum. Compares in hanc rem  
SIRAC. I. 26. III. 17. IV. 8. X. 28. XXXVI. 23. XLV. 4.  
II. MACC. XV. 12. IV. ESRAE XI. 42.

### S. XI.

Largior vero ut ad secundum argumentum deueniam,  
hellenismum viris eruditis praetensem: an ideo et in his  
Christi

\* Sic PS. XXII. 26. male transfert  
interpres Gracius Φραγκούλης πρεψεις:  
cum in hebreo sit: comedent MAN-  
SVETI. Sed quis inde concludat, vo-

cem viramque προδυναμων? Sic et ES.  
XI. 4. mansuetos terrae vertit Ταντό-  
περ θεον γην.

Christi verbis ita locum obtainuerit, ut communis et frequentior extrudatur acceptio? Hoc, qui afferere sustinuerit, significationem illam heellenisticam vel solam vel potissimum graecae metaphrasij vſitatam, vel nouo testamento ita receptam, ut aliam haut aequa admittat, vel denique ex collatione cum verbis Davidicis necessario colligi, demonstrauerit. At neutrum ex omni probauerint. In Psalmo non *vbi* legitur sed *vbi mansuetus*, quam notionem nec orationis scopus, nec praedicati nexus, nec dictionis analogia respidunt; quin immo tanquam conceptum formalem reliquis omnibus, dum materia substrata permittit, anteferendum Hermeneutica praecipit. Nouum testamentum significationem *adflicti* prorsus ignorat. LXX viralem vero versionem vocem *πρωτης* in significatu *adflicti* usurpare frequentius, ne per somnium quidem cogitauerit, qui ad ea, quae S. pracc. noua obseruatione diduximus, adtenderit.

## §. XII.

Accedit tertio perpetuus noui testamenti vſus, quo nonnisi *mansuetus* voce, quae in disceptationem venit, designatur. Sic inter virtutes celebratur *πρωτης* I. COR. IV. 21. II. COR. X. 1. GAL. V. 23. VI. 1. EPH. IV. 2. COL. III. 12. I. TIM. VI. 11. II. TIM. II. 25. TIT. III. 2. Mansuetudinis ipse Seruator sifstir exemplar MATTH. XI. 29. Recipere iubemur verbum *πρωτης* IAC. I. 21. opera pulcrae conuersationis ostendere *πρωτης* σοφιας c. III. 13. et sefcitanti religionis fundamenta *μετα πρωτης* reddere rationem I. PETR. III. 15. Rex Sionis venit *πρωτης* MATTH. XXI. 5. et *πρωτης πρωτης*

*coniunguntur* I. PETR. III. 4. In omnibus hisce locis ne species quidem Hellenismi relinquitur.

## §. XIII.

Quatum argumentum suppeditat sollicitior PS. XXXVII. vnde verba Seruatoris desumpta sunt, collatio. Scopus primarius Psalmi eo concedit, vt piis commendetur *mansuetudinis virtus*, dum malos atque feroce*s* in his terris dominari, eiusque amplissimas sua*e* potestati et libidini subiicere possessiones, sua calamitate experiuntur. Non licet hic subsistere in idea *adflicti*, sed ipsa inculcanda erat *adflitorum virtus*, quae animi excandescents tumultibus imperat. Hanc ita persuadet Psaltes, vt iteratis vicibus, verbis tametsi aliis, verum ad eundem sensum recurrentibus, inculcat. Ast eadem haec Cantici luculentissimo aduersus dissentientes sunt testimonio. Quos enim Psaltes v. 11. dicit *mansuetos*, hos versu 9. pinxerat IEHOVAM EXPECTANTES. Pergit v. 22. BENEDICTI eius possidebunt terram. Redit denique vnde digressus erat v. 34. *Expecta Ichouam, et serua viam eius, et exaltabit te ad possidendum terram.* Nonne haec sole clariora sunt, vt demonstrent, *virtutem adflicti* quae Deum expectat, iramque mansuetudine frenat, potissimum respici, non ipsam afflictionem.

## §. XIV.

Ex hoc *quintum* mihi enascitur argumentum, ex scopo Seruatoris et beatitudinum nexu perinde desumptum. Virtutes, ciuib*s* regni coelorum cumprimis necessarias, dum beatitudinum euangelicarum praeconio suadet Seruator, praeiudicatis oppositas sui temporis opinionibus; officii

C

boni

boni interpretis minus rite funguntur, qui deleta *virtus* *eminentioris*, et adeo *necessariae* notione, ad substituendam aliam e genere afflictionum dilabuntur. Causas, ne beatitudinem *ludentium* v. 4. in contrarium obiicias: lugentes enim sunt ex paupertate *spirituali*, ratione eadem ac mansueti. Sic et *sorientes* iustitiam euangelicam, et qui eius sensu euadunt misericordes, puri corde, pacifici v. 6. 9. virtutis euangelicae praebeant exemplum. Neque alia de causa ob iustitiam vexantur pii Christi confessores v. 10. nisi quod istam fidei iustitiam operibus demonstrant. PETR. IV. 14. 16. Eo inconvenientius extra *mansuetudinis* idea, *afflictionis* intercalatur notio.

## §. XV.

Accedit sexto γαρ ηλικίᾳ, orationem Spiritus S. minime decens, quam diuino affingere oratori coguntur, qui in voce πρωτος communem Graeciae profanae scriptorumque Noui testamenti acceptiōnem, suo hellenismo deturbant. Praeuidit huius argumenti vim GODOFR. OLEARIVS, sed neutiquam euertit, in haec verba pronuncians: *Sane multum adhuc in ipsis vocibus πρωτοι, πενθυμητε, πρωτος, est discrepantiae.* πρωτος enim potissimum significat fortuna, πενθυμητε affectus, πρωτος vi aliorum et oppressiones, miseris. Ast multum adhuc in hac responsione desideramus. Primo enim hypothesis inseruit, nullatenus admittendae, ac si in prima pauperibus promissa beatitate vox πρωτου a subiecto ad praedicatum detrudenda esset, nec de interna mentis, sed externa facultatum paupertate ageretur: quam quidem sententiam dissertatione peculiari ad h. l. prolixius confutauimus. Fallitur deinde Vir Magnus, tautologiae obiectionem

iectionem hac distinctione palliaturus: qui enim aliorum oppressione sunt MISERI, aut pauperibus aut lugentibus accensendi veniunt. Tertio adfictorum ultimo aphorismo separatim fit mentio, et peculiaris eorundem constituitur classis, ut §. V. iam notaimus: manifesta proinde remanet ταυτοσύνη. Quarto acumini et grauitati orationis Christi male consulitur, si distinctione Oleariana eneretur, tresque priores beatitudines ad unam eandemque hominis miseri conditionem reducantur. Ut denique nihil dicam de affectione mentis interna, quam in cibis regni coelorum requirit Christus, cum statu nonnullorum exteriori minime confundenda. Vniuersalitas vbi est in praedicato, male restringitur subiectum: et quae omnium est in vniuersum beatitudo, perperam ad quandam eorum partem, miseria laborantem, arctatur. Idem de pauperibus Dan. Heinsii dixeris.

## §. XVI.

Liberauimus itaque subiectum, et proscripta ex hellenismo ambiguitate, pristinam restituimus Graecisque communem significationem, ut MANSUETUM exprimat. Nolo vero εγερογενες: unde nec eorum causa placet qui notionem vtramque adficti et mansueti coniungunt. Ita post Vatablum IO. HENR. MAIVS, \* IO. REINH. RVSIVS \*\* et plures alii. Tam arctis neutiquam circumscribenda est mansuetudo limitibus, vt statum externe adficti vbique supponat: latius patet, animi commotionibus, et extra afflictionis impetus, temperans. Ita mansuetudo

C 2

\* Harm. Ev. P. IV. c. IV. p. 482.

\*\* Harm. Ev. L. IV. c. V. s. I. p.

765.

suetudo aequa erga Deum se exerit, dum in eius voluntate acquiescimus, tametsi non adficti; impiorum felicitate nihil mouemur: erga proximum, dum nulla aemulatione incendimur, placida morum suavitate eius amicitiam colimus, animumque facilem et ab omni contentione alienum demonstramus.

### §. XVII.

Iustum virtutis Seruatori laudatae ambitum dum cogitamus, haut inanis et superuacua oritur quaestio, num vox latina *mansueti*, notioni adeo ampliae ex aequo respondeat: anne conuenientius forte cum Vulgato M I T E S dixeris: *Beati mites*. Idea principali vocem utramque conuenire, dubio caret: nec diuersitatem crediderim attendisse VVL GATVM, qui in Psalmis *mansuetos* transluit, quos hoc loco *mites* adpellauit; aurium fortasse iudicio permotus, ut ingratam vocum in fine euitaret consonantiam: *Beati mansueti*. Attamen ideis adiunctis distinguuntur. Mitescere proprie de *pomis*,<sup>\*</sup> mansescere de *feris* dicimus: vt recte proinde μεταβολης ου αλλο γενος HORA-TIO exprobretur in versu notissimo: *Nemo adeo FERVS est, vt non MITESCERE posset.*<sup>\*\*</sup> Deinde latius se extendere videtur notio *mitis*. *Mite ingenium*, dixit IVVENALIS:<sup>\*\*\*</sup> mitem animam laudat IDEM: \* *mites affectus* concitatis opponit QVINTILIANVS.<sup>\*\*</sup> Minus concinne vocem *mansuetus* hic substitueris. En tique differen-

\* VIRGILIUS Ecl. I. v. 81. vide IO. LVD. DE LA CERDA ad h. l.

\*\* L. I. ep. I. v. 30. Attamen et de Elephamis mitificare dixit PLINIVS. H. N. L. VIII. c. VII.

\*\*\* Sat. IV. v. 82. XIII. v. 184. 185.

\* Sat. XIV. v. 15.

\*\* Inflit. orat. L. IX. c. II. p. 769. et L. X. c. I. p. 891. ed. Burmanni.

differentiam, dignam omnino quae curatius definitur. Non deprehendi adhuc neque ex Criticis, neque ex Commentatoribus vllum, qui in eam inquisiuisset, praeter unicum, quod certe mireris, LVDOLPHVM DE SAXONIA, scriptorem saeculi XIV, cuius verba suo acumine merentur, ut hic transcribam: *Idem est, inquit, secundum rem: sed differunt nomine. Mitis enim est, qui alium non offendit: mansuetus, qui se offendentes tolerat. Vnde mansuetus dicitur quasi manu assuetus, cui facile est sustinere, non malum pro malo reddere: mitis vero, qui nulla animi accensione turbatur, sed iugiter in animi bonitate perseverat.* Et secundum hec mitis dicitur in affectu, mansuetus in affectu. \* Accurate admodum, si quid video, declarauit differentiam. Morum ferocitati frenum iniecit MANSUETVS, et in effectu externe demonstrat, quoties lacescitur: sed MITIS in affectu lenem et placidum se exhibet, affectibus temperans, etiam non lacescitus. Hinc rectius mites h. l. dixeris, aut mites et mansuetos coniunxeris: \*\* attamen vocem vsu receptam noluimus mutare, praesertim cum ab ea virtus denominetur, quam nonnisi barbare mititatem enunciaueris.

### S. XVIII.

Restat adhuc ut definiatur, de quanam mansuetudinis virtute praecipiat Seruator? An de *morali* naturae? an de *spirituali* gratiae? De illa exposuerunt GROTIUS, HAMMONDVS, CLERICVS, qui ad felicitatem externam, sive in societate humana, sive in terra Canaan-

C 3

nis

\* in Vita Iesu Christi P. I. c. XXXIII.     \*\* Sic CICERO de Inuent. L. II.  
p. m. 142. 143. ed. Lugdun. 1642. Ex feris et immanibus mites reddidit et  
mansuetos.

nis terrestris, promissionem beatitudinis coelestis deturbant. Ad hanc obtinendam sufficere existimant, animum iracundia vacuum, minus ferocem, nec ad iniurias facile excandescensem. Verum de eminentiori et *spirituali* virtute sermonem esse, talemque intelligi mansuetudinem, quae sit *gratiae superioris* effectus, contextus luculenter probat. Aequipollet terrae haereditas mansuetis addicta, beatitati in regno coelorum et visioni Dei: praedicat Servator, cuius regnum non est huius mundi: praecipit dum ciues regni coelorum instruit: subordinat paupertati Spiritus. Hinc LVCAS, vt §. V. declarauimus, beatitatem lugentium aequa ac mansuitorum sub beatitudine pauperum comprehendit. Ea de causa vtrinque repetas: beati ex paupertate *spirituali* lugentes: beati ex paupertate *spirituali* mansueti!

### §. XIX.

Extricatis circa subiectum difficultatibus, nunc ad praedicatum eiusque cum subiecto nexum, ex ratione ab ipso Spiritu S. addita determinandum, laeti transimus: sed pulsis ibi nebulis, nunc fere tenebras offendimus. Ad *haereditatem terrae*, in quo consistat, rite definiendam cum omnia redeant, vix dici potest, quanta varietate in partes scindanrur optimi quicunque interpretes. Suffragiorum si colligenda sunt diuertia, certas dissentientium classes constituamus, necesse erit. Alii myltice de corpore, quod est terra: alii magis litteraliter de possessione bonorum mere terrestri: alii de felicitate mere coelesti: alii coniunctim de terrestri et coelesti interpretantur. Sunt qui synecdochice de benedictione in his terris quoad dona quaecunque tam naturae quam gratiac, exponunt; Sunt qui ad totam

cc-

ecclesiam de haereditate gentium gaudentem referunt: Sunt, qui ad ultimare frigerii tempora chilasticē trahunt: Nec defuit, qui ad solam Canaanis terrestris possessionem restringeret. Ita octo discernendi sunt interpretum ordines, totidemque instituenda sententiarum examina.

## §. XX.

Procedat prima interpretum classis, de corpore hoc, quod terra est, mystice exponens; non quidem dignitate, attamen antiquitate prior. Antesignanum communiter tradunt AMBROSIVM, sed errant viri eruditī: duobus enim saeculis iam antecessit IRENAEVS, quem quidem, cur omnes adhuc siluerint, miror. Dubium aduersus huius carnis resurrectionem ex i. Cor. XV.  
50. *Caro et sanguis non possidebunt regnum Dei,* his verbis conficit: *Non possidet, sed possidetur caro;* *Sicut Dominus ait:* beati mites, quoniam ipsi haereditate possidebunt terram: quasi haereditate possideatur terra in Regno, unde et substantia carnis nostrae est. Pergit deinde et carnem hanc haereditate olim possideri a spiritu, translatam nempe in regnum coelorum, colligit: vnde de corpore glorificato accepisse manifestum cst. \* In hac IRENAEI sententia plures deinde veterum fuere: Saec. IV. HILARIVS, \*\* Saec. V. CHROMATIVS \*\*\* et LEO M. \* Saec. IX. HAYMO. \*\* Discessit nonnihil AMBROSIVS, \*\*\* qui de corpore vanitati adhuc subiecto, et dominio in eius

\* IRENAEVS adv. Haereses L. V.  
c. IX. p. 303. ed. Massuet.

\*\* ad h. l. opp. T. I. p. 337. ed.

Erasm.

\*\*\* in Horall, de octo beatitud.

\* Hom. in Ieff. omn. Sanct. p. 91. 92.  
ed. Surii.

\*\* apud BARRADIVM in h. l.

\*\*\* in PS. XXXVII.

eius cupiditates explicat: quem Saec. V. secutus est CASSIANVS, \* saec. XII. BERNHARDVS. \*\* Huic et saec. XIV. subscriptis LVD. DE SAXONIA \*\*\* addens tamen adhuc terram Paradisi, in quo pollicem eipreslit DIONYS. CARTHESIANVS. \* Ex recentioribus ad partes Ambrosii accessit QVESNELLIVS, possessionem terrae d. terra cordis nostri explicans. \*\* Verum adeo ieiuna et ab omni fano sensu remota est haec exegesis, vt ad refutandum recitasse sufficiat.

## §. XXI.

Litterae magis rationem habent, tenacius licet ac par est, ei inhaerentes, qui cum interpretibus secundae classis de terra quam incolimus et fortunata rerum externarum possessione exponunt. Communiter huius sententiae Patriarcha existimatur IO. CHRYSOSTOMVS: verum is in felicitate terrestri non aequa acquieuit, ac coelestem ei adiunxit; tametsi terram sensibilem primum respici existimauerit. \*\*\* Auctoritatem tamen huic interpretationi conciliarunt virorum praestantissimorum suffragia: ex quibus nominasse satis est MART. LVTHE-RVM. \* Pietas nempe cum et huius vitae habeat promissiones, quibus impiorum qui terram rapiunt, ferocia fere excidere videatur: Christum coelesti hoc paradoxo docere

\* Coll. XII. de Castitate p. 576.

\*\* in Fefl. omn. Sanct. Serm. I. Opp. T. I. p. 254. ed. Antw. 1620.

\*\*\* in Vita Iesu Christi p. 134. ed. Lugd. 1642.

\* in Enarr. IV. Euangel. Art. IX. in Matth. fol. 16.

\*\* Dans le Nouveau Testament avec des Reflexions Morales. T. I. p. 390. ed. Amstelod. 1728.

\*\*\* Homilia XV. in cap. V. Matth. opp. T. II. p. 59. edit. Antwerp. 1614.

\* in c. V. MATTHAEI Opp. Germ. Ien. T. V. p. 374. 375.

docere voluisse arbitrantur, non nisi pios et mansuetos terram vere et cum beneplacito Dei, possidere, nec hac sua haereditate immutum faeuitia effici posse. Quae commentantur, eo redeunt, vt alii in idea *possessionis* subsistant, alii ad notionem *haereditatis* pressius reducant. Hinc I. haereditatem terrae nonnulli rapinis usurpatorum et iniuitae malorum possessioni opponi existimant, coniuentes, impios in foro diuino non aliter spectari ac malae fidei Dominos, nec iure haereditario, sed vt fures et latrones terram possidere. Ita MART. CHEMNITIUS \* SAL. GLASSIUS \*\* C. M. PFAFFIUS \*\*\* II. Alii haereditatem ex interitu hostium concipiunt, vt impiis eradicatis eorum possessiones velut haereditas ad mansuetos transirent. Hanc vocis *κατηρεψεις* significacionem ex GEN. XXII. 17. et nonnullis Polybiis confirmat GEORG. RAPHELIVS, \* laudat b. WOLF-FIVS. \*\* Nec suis rationibus destitui videtur haec obseruatio, si cogitemus, Canaanis terrestris haereditatem, excisis Dei iussu pristinis eius possessoribus, ita ad Israeilitas transisse. III. Alii ex mera Antithesi explicant, opposita hominum iudiciis. Acerbitate vindictae si formidabiles se reddant, fortunatum incrementa se consecuturos opinantur atrae bilis homunciones. At non indulgentibus

## D

\* Harm. Ev. c. LI. p. 421. Ita  
impli quidem occupant terram: sed contra  
Dei mandatum, Deo infesto et irato,  
sicut latrones inuidunt, et occupant alienam  
ditionem. Caeterum b. CHEM-  
NITIUS cum Chrysostomo haereditatem  
sicut coelestem respicit.

\*\* Phil. Sacr. L. V. T. l. c. X. p.  
1718.

\*\*\* in Not. Exeg. in Matth. p. 87.  
\* in Annal. in N. T. ex Polyb. et  
Ariosto p. 39.

\*\* in Curis phil. ad h. 1.

gentibus priuatae vindictae conseruationem promittere  
censem Seruatorem, sed mansuetis, ita, ut hi deletis  
tandem tyrannis possessionem terrae *cum imperio* impetrant.  
Sic PHIL. MELANCHTON. \* IV. GROTIO  
idem est ac *iure mancipii* adipisci et possidere, quia talia  
quae sunt, ad haeredes transeunt. *Quo yrr autem dicere*  
existimat firmas amicitias, quae in terris optima sint pos-  
fessio. \*\* V. Sine labore ac molesta, *velut haereditatem*,  
*quae a patribus obtinebit*, possidere, explicat DRVSIVS \*\*\*  
cui suffragatur IO. GERHARDVS \* VI. Alludi  
ad *quarium* praeceptum, vitamque in terra promitti lon-  
gam et pacatam, arbitratur FRANCISC. GOMA-  
RVS. \*\* VII. lucunda possessione vere frui bonis terre-  
stribus, cum non aliter frui velint mansueti ac aequum  
est, exponit ARIAS MONTANVS \*\* VIII. Pacifice  
et quiete, sine lite et actione, suis bonis in hac vita frui,  
eaque cum benedictione diuina per haereditatem ad po-  
steros suos transferre, interpretatur ER. SCHMIDIVS. \*  
IX. Longe feliciores fore ac alias, qui summum ius strin-  
gunt in aduersarios, pluribusque se inuoluunt difficultati-  
bus; cum sua aequanimitate difficultates quascunque  
aliunde sibi obiectas superent mansueti, glossatur AEGID.  
HVNNIVS \*\* quocum consentit LVCAS OSIANER \*\*\*  
X.

- \* in cap. V. Matth. Opp. P. III. p. 268.
- \*\* in bibl. illusfr. Galonii ad h. 1.
- \*\*\* in Crit. Angl. T. IV. p. 143.
- \* in Notis ad Ev. Matth. p. 255.
- \*\* in Explie. c. V. Matth. Opp. T. I. p. 47.
- \*\*\* in Eluc. in IV. Ewang. p. 10.
- \* in Notis et Animadu. ad N. T. ad h. 1. p. 80.
- \*\* in Comment. ad h. 1. Opp. T. III. p. 89.
- \*\*\* Bibl. Sacr. P. III. p. 18.

X. Cum sua forte contentis nihil desit; mansuetos omnia possidere, notat GVLIELM. PERKINSVS, addens, Deum et in exilio hunc animum daturum. \* XI. Mansuetum esse alterum Adamum, cui nihil nocere possit, quamdiu talis sit, eumque terrae dominari, sicut illi in Paradiso omnia subiecta sunt; nec turbari animi anxietate, sicut impios, qui omnia possidendo nihil possideant, auctor est MICH. WALTHER. \*\*

§. XXII.

Magnis vero tametsi probetur Auctoribus haec interpretatione, alienissimam tamen esse a mente Seruatoris, totus conuincor. Etenim 1) longe augustior est haereditas piis addictae in N. T. significatio, ac ut terrena cogitare liceat GAL. III. 18. HEBR. IX. 15. EPH. I. 14. 2.) PETR. I. 4. 3.) Augustior est vocis terrae, cum articulo additae, determinatio, ac ut exiguae glebae possessioni amplissima eius respondeat haereditas. Istiusmodi furfuris hyperbolas vel mediocre erubescit ingenium. 3.) Haec quam incolimus terra nuspia scripturae piorum dicitur haereditas. 4.) Verba ex Psalmis cum desumpta sunt, ad terram, quam votis anhelabat Israelitarum fides, antitypicam nempe pactoque Abrahamico promissam, respicitur. 5.) Felicitatis terrenae promissionem respuit beatitudinum coelestium nexus: αὐτῶν γέ βασιλεῖα των εργανῶν, Θεον φύσεων. 7.) Eo usque eneruatur promissio Christi, ut Aristotelem magis decuerit, ac Seruatorem mundi. 8.) Repugnat character orationum Christi.

D 2

## Tantum

" in Expos. Serm. Cbriffl in monte      \*\* in Harm. Bibl. ad h. l. p.  
Opp. p. 150.    499.

Tantum abest, ut terrena vnuquam promiserit, ut potius da despiciendam terram totis viribus adhortatus sit. (9.) Carnalibus populi terrenis infixi desideriis, quibus promissiones coelestes ad terrestria detorquebant, non ita pabulum proiicere poterat oratoris diuini sapientia; vt contrarium potius adseruisse legis et Prophetarum vindicem adpareat. (10.) Beatitas mansuetis addicta subordinatur beatitati pauperum, sicut Lucas sub ea comprehendit, ut §. V. et XVIII. iam monuimus: quo quidem felicitatis terrenae promissio plane excluditur. (11.) Laetiora mansuetis saepius adfulgere fata, non imus inficias: sed non vniuersalis est ista felicitas. (12.) Incongrue litterae proprietatem vrgent in voce *γν*, qui in adjuncta *magis principali γνησιου* deserunt. Talem enim scripturae, vbi promissiones diuinas exhibet, praecise signat haereditatem, quae *testamento* decernitur, docente Paulo HEBR. IX. 15. Hinc et foedere testamentario Abrahamo confirmata fuit *promissio*, et typica statim mortis Seruatoris in sacrificio adornata adumbratio GEN. XV. 4. seqq. Non vero terrena sed mere spiritualia promeruit Christus: nec alia dispositione Dei testamentaria legantur. Falluntur egregie viri eruditi, qui impios bona terrena non aequi iure haereditario, sed vt fures atque latrones possidere argutantur. Sane et impii magistratus Dei in his terris gerunt vices: neque terrestria ad bona testamentaria pertinent. Dominium in creaturas amiserunt omnes in regno naturae, sed et omnibus restitutum est propter regnum gratiae. Beneficio meriti Christi hominibus obtigit ista *restitutio*, non autem per satisfactionem mediato-  
ris

ris vicariam, sed intuitu eius. Impiorum eadem sunt ac piorum circa dominium iura, sed *v/a* differunt. \*

## §. XXIII.

Tertia classis eorum est, qui de beatitudine coelesti explicant. Arrisit haec interpretatio Patrum quamplurimis. Primas tenet ORIGENES, qui terram viventium intelligit, et cum exitu ex Aegypto in terram promissionis, post debellatos in deserto hostes, haereditatis aditum ingeniose comparat. \*\* Secuti sunt ex saeculo IV. EVSEBIVS CAESARIENSIS, \*\*\* ATHANASIVS, \* BASILIVS, \*\* GREG. NYSSENVS, \*\*\* AVGVSTINVS, \* HIERONYMVS, \*\* ex saec. V. CYRILLVS ALEX. \*\*\* ARNOBIUS IVN. \* ex saeculo VIII. EEDA \*\* et DAMASCENVS, \*\*\* quibus ex saeculo XII. iungatur RUPERTVS TVTIENSIS. \* Adoptauit deinde hanc sententiam eruditorum haut exiguis numerus: sed et phraseos rationem varie instituerunt in idem. I. Alii terram hic poni pro terra viventium cum Origene senserunt et Hieronymo. Hanc ob stabilitatem et soliditatem

D 3

\* Ius duplex terrae sibi concipit Cel. Anglus, IAC. PERKINSVS ad h. l. *civile et spirituale*. Illud impensis tribuit, hoc tantum electis. Sed confundit regnum naturae et gratiae. In regno naturae domini iura spiritualia inter ideas inanis referenda sunt; ad regnum gratiae dominium terrae non adinet.

\*\* in NVM, XXXI, hom. 26, p. m.

27<sup>2</sup>. \*\*\* Comm. in Pf. XXXVI, in noua Collect. Patrum.

\* in Pf. XXXVI. (al. XXXVII.) 27.  
ed. Bened. T. I. P. II. p. 106.

\*\* Comm. in Pf. XXXVI.

\*\*\* in Libr. de beatitud.  
\* de Serm. Dom. in monte Opp. T. IV. p. 1102.

\*\* ad h. l. opp. T. IX. p. 16.

\*\*\* in Eta LVIII.

\* in Pf. XXXVI. p. 45. ex ed. Bas.

15<sup>22</sup>. \*\* ad h. l. OPP. T. V. p. 15. 16.

\*\*\* L. II. de Orib. fide c. X.

\* In Matth. L. IV. p. L.

ditatem *terrae* nomine venire, conjecturatus est AVGVSTINVS: amplectitur GLOSSA INTERLINEARIS. Terram eandem *vniuentum* respicit GLOSSA ORDINARIA; adprobat LYRANVS: vnde plures ex Pontificiis suffragantur, IAC. TIRINVVS \* EM. A SAA \*\* aliique. Adoptat ex Reformatis HENR. BVLLINGE-RVS, \*\*\* et Medicus atque Polyhistor clarissimus, OTHO BRVNFELESIUS \* II. Alii terram id<sup>e</sup> dici existimant, quod sit *terrae Canaanis* antitypus. Ita ex nostris FLACIVS, \*\* ex Pontificiis BARRADIVS, \*\*\* ex Reformatis HEIDEGGER. \* L'ENFANT et BEAVSOBRE \*\* IO. VRIEMONT, \*\*\* ex Socino Arminianis EPISCOPIVS \* nec alienus est ipse FAVSTVS SOCLINVS \*\* III. Ad terram *nouam*, Prophetarum vaticiniis descriptam, refert ABR. CALOVIVS \*\*\* IV. Colligit haec omnia ex nostris CASP. BERTRAMVS \* CHRISTOPH. ALTHOFERVS \*\* ex Pontificiis IO. MALDONATVS, addens, terrae nostri orbis opponi coelestem, ut manifestaretur, mites, qui huius terrae possessione excludi solent, aliam meliorem possessuros, sicut hoc

\* in Comm. in Script. T. II. p. 987.

\*\* in Annot. in Script. ad h. l. p.

338. \*\*\* in Mattheb. p. 51. b.

\* in IV. Euang. et Act. Apoß. p. 13. b.

\*\* in Gleſſa Compend. N. T. p. 25.

\*\*\* in Comm. in Concord. Euang. p.

407.

\* Exerc. Biblic. T. II. p. 37. Addit tamen haereditatem mundi ex communione cum gentibus Diff. Select. T. II. Diff. II. §. XX, p. 29.

\*\* Dans le Nouveau Testament avec des Notes Littérales ad h. l. p. 17.

\*\*\* in obs. in Mattheb. quinque capitla.

p. 93.

\* in Matthæum ad h. l. Opp. T. II. p. 23.

\*\* in Comm. ad h. l. Mattheb.

\*\*\* in Bibl. illustr. ad h. l.

\* in Comm. ad Eu. Mattheb. p. 111.

\*\* in Harm. Euang. Emedullata. p.

326. 327.

hoc sensu et Hierusalem coelestis terrestri opponatur.

## §. XXIV.

Probabilitate hanc prae aliis eminere interpretationem haut inficior. Non desunt tamen, quae hic monemus. 1.) Falso supponunt viri eruditi, quod stylo scripturæ terra viuentium coelestem designet patriam. Contrarium manifesto declarabunt loca, ex quibus terram, quam viui incolimus, in oppositione ad statum mortuorum indicari elucefecit PS. LII. 7. ES. XXXVIII. 10. II. LIII. 8. EZECH. XXVI. 20. Nec aliter vertenda sunt, quae in contrarium vrget CL. HEIDEGGERVS, verba PS. CXLII. 6. *Tu spes mea es, portio mea in terra viuentium.* Eredit enim Dauides animum, quod portio ipsi sit Deus, quoad vixerit, tametsi portio eius in terra Canaanis immane quantum turbetur. Idem de verbis PS. XXVII. 13. quae post Hieronymum vrget VI TRINGA \*\* dicendum. Opponit enim Psaltes terram viuentium terrae mortuorum, confisus, se adhuc in hac, quam viuus incolit terra, bonum Domini visurum. Cum hoc confer PS. VI. 6. Neque praeterea terra simpliciter sumta acquipolleter terrae viuentium, per additum determinatae. 2.) Coelum Canaanis antitypum esse, nemo negauerit. Sed inclusive hoc valet, non exclusive, ut inferius demonstrabimus. Inuolucro enim promissionum Canaanis terrestrium coelestia quaecunque regni coelorum, tam huius quam futuri seculi, exhibentur. 3.) Terra noua nunquam simpliciter dicitur *terra*. vid. ES LXV. 17. LXVI. 22. II. PETR. III. 13. APOC. XXI. 1.

\* in *Comm. in IV. Euang.* p. 101.  
\*\* *Off. Sacr. L. V. c. VI. §. IV.  
T. II. p. 70.*

4) Aequipollet potius haereditas terrae alteri, quae est regni coelorum. v. 3.

§ XXV.

Quarta classis beatitudinem utramque, terrenam et coelestem, coniungit. Huic ex Patribus praeluxerunt CHRYSOSTOMVS, \* EVTHYMIUS, \*\* THEOPHYLACTVS. \*\*\* Sed et his qui accedunt, in partes scinduntur. I. Sunt, quibus felicitas terrena pignus et typus est beatitudinis coelestis. Ita IO. CALVINVS, \* THEOD. BEZA. \*\* II. Alii terrestrem quidem una promitti, sed multo magis coelestem intendi arbitrantur. Sic MART. CHEMNITIVS, \*\*\* IO. PISCATOR \* IO. REINH. RVSIVS. \*\* III. Alii coniunctim et aequali ratione addici censent, ut eadem promissio et sit huius et futurae vitae. Ita ex nostris IO. BRENTIVS, \*\*\* IO. GERHARDVS \* IO. HENR. MAIUS \*\* IO. ALB. BENGELIVS \*\*\* ex Reformatis CHRISTOPH. PELLICANVS \* et BENED. ARETIVS. \*\*.

§. XXVI.

Quae aduersus haereditatem beatitudinis mere terrestris §. XXII. et mere coelestis §. XXIV. iam separatim monuimus, ea et nunc coniunctim valent: neque nouis proinde

\* Hom. XV. in Matib. V.

\*\* ad b. l. Opp. T. V. p. 141.

\*\* ad b. l.

\* in Annot. posthumis in Matib. p.

\*\*\* in Enarr. h. quatuor Euang. ad h. l.

255.

\* Harm. Ev. p. 86.

\*\* Harm. Euang. P. IV. c. 4. p.

\*\* in Not. ad N. T. ed. Cantab. p. 15.

483.

\*\*\* In Harm. Ev. C. Ll. p. 421.

\*\*\* in Gnam. N. T. ad h. l. p. 38.

\* Comit. in LL. N. T. p. 53.

\* in Quatuor Euang. ad b. l. Opp.

\*\* Harm. Ev. T. I. p. 766.

T. VI. p. 13.

\*\* in quatuor Euang. p. 35.

proinde argumentis indiget. Vnicum adhuc superest dubium, ad quod respondeam. Adparet nempe ex PS. XXXVII. felicitatem terrestrem coelesti coniungi. Sic v. 3. dicitur: *inhabita terram et pacem fidem.* et v. 26. *Iunior fui, consensui, nec vidi iustum derelictum.* Quidni ergo et hic terrestria cum coelestibus vniuantur? Verum enim vero non eadem est testamenti utriusque ratio. In veteri terra promissa coelestium typus erat: in novo coelestia sine typo exhibentur. Hinc manere in terra Canaanis, et terrae promissae haereditatem expectare, in Psalmis bene cohaeret. Sed in Mattheo ne umbra quidem est haereditatis terrenae. Quid quod in Psalmis eadem haec verba, *mansueti terram haereditabunt,* sensum fundant prorsus eundem, ac ista Seruatoris. Qui enim Canaanis typicae incolae iam erant, non aliam haereditatem consequi poterant ac antitypicam. Damnamus Socinianos, qui promissiones veteris testamenti ad mere terrestria reducunt, aliamque proinde felicitatem in Psalmis, aliam in Mattheo interpretantur. \* Caveat interpres, ne his frigidam suffundat.

## §. XXVII.

Quinta classis *synecdochice* de benedictione quacunque quoad beneficia tam naturae quam gratiae, accipit. Primus in hanc sententiam discessisse videtur FRID. SPANHEMIVS: \*\* suam deinde fecerunt ex nostris IO. QVISTORPIVS \*\*\* et MART. GEIERVS \* Tropi

E rationem

\* Ita FAVSTVS SOCINVS,  
LVD. WOLZOGENIVS, DANIEL  
BRENIUS, in *Commentariis ad h. l.*  
quos in *Biblioteca FF. Polonorum con-*  
*feras.*

\*\* *Dubiorum Evangel.* P. III. dubio  
LXXXII, p. 375.

\*\*\* in *Annata, ad omnes LL. Bible*  
ad Pl. XXXVII. 9. II. p. 431.

\* in *Comm. in Psalmos ad Pl. XXXVII.*  
II. coll. cum v. 9.

rationem reddunt ex carissima Iudaeis terrae promissae possessione, sub cuius vna reliqua omnis includeretur felicitas. Sed de beneficiis terrenis iam supra dictum est: Spiritualia tametsi non negamus, his tamen tota non absolvitur pacti Abrahamitici haereditas.

## §. XXVIII.

Sexta classis *terram gentium et spiritualem earum, ex communione cum ipsis in regno Christi, possessionem atque haereditatem, explicat.* Adornauit hanc interpretationem pro ingenio, quo polluit, insigni IO. COCCIVS: \* amplexi sunt ex eius fratribus I. H. HEIDEGGERVS \*\* et SAL. v. TILL \*\*\* subscriptse-  
rant ex nostris I. C. KLEMMIVS\* et IO. IVST. V.  
EINEM. \*\* Alienor a veri similitudine videtur initio ingeniosa expositio, praesertim vbi purus putus Logicus decernit; sed meditatus ad eam subsistet Theologus bibli-  
cus, nodosque inueniet solidiore adhuc exegesi soluendos. Agedum faciamus, quod nostrum est. I. Promissionem quandam de *haereditate gentium* Abrahamo datam eiusque semini, tam certum quam quod certissimum est, testante Paulo ROM. IV. 13. 17. II. Semen hoc de *semine monadico* dum accipit S. R. BAVMGARTENIVS, \*\*\* repugnat contextus: meminit enim v. 16. *uniuscuius seminis,* aliudque sub lege est, aliud *in angustia* v. 13. - 16. Fallit  
tur

\* ad b. l. Opp. T. IV. p. 9. et ad Rom. IV. 13. 17. ibid. p. 430. 433.

\*\* Diff. Select. P. II. Diff. II. q. XX. p. 22. 30.  
ad Euseb. Mailb. ad h. I. p. 160. ed. Vern.

\* In Exercit. crit. super Matthaei cap. V. prioribus. p. 87. 88.

\*\* in Selecta ad Scripta Io. Clerici p. 537. 38.  
\*\*\* in Commentario elegantissimo in ep. ad Romanos nuperrime edito, ad Rom. IV. 13. p. 284.

tur b. RAMBACHIVS, de Israele secundum carnem dum explicat: " nam et gentes huius promissionis participes sunt v. 14-18. Rectius Israelem spiritualem, iustitia fidei Abraham in semen reputatam, interpreteris, c. IX. 8; III. Mundum, cuius haereditas Abraham eiusque semini addicta est, perperam synonymum cum terra Canaanis statuunt eruditis, qua opinione deflexit b. GLASSIVS. \*\* Populo enim terrae benedictae seu ~~λαος~~ quoties opponitur, mundum ethnicorum signat c. XI. 12. Operam vero ludunt Caluiniani, dum exinde mundum electorum ex ethniciis fabricantur, vt dicta pro vniuersitate gratiae infirment. \*\*\* Neque enim in his oppositionem ostenderint, vt IO. III. 16. neque ipsa vox mundi depravationis ita exuerit ideam, vt mundum electorum absque contradictione in adiecto dicere liceat. IV. Promissionis Abraham eiusque semini ita factae dum litteram quaeris, caue tibi ne loca acceras, quibus stipulatur Deus: *in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae* GEN. XII. 3. c. XVIII. 18. c. XXII. 18. c. XXVI. 4. Frequentius sic errant interpretes: sed et idem hic error fuit Iudeorum, quem directe impugnat Paulus GAL. III. 16. Agitur hic de Semine nonnisi monadico, quod quidem Christus est. Aliam potius promissionum partem respicit Apostolus: in quo optimus quidem ipse sui est interpres v. 17. 18. Promissio semini eius facta ex GEN. XVII. 5. declaratur v. 17. *Constitui te parentem multarum gentium:* Prona enim

E 2

\* in explic. Ep. ad Rom. c. IV. 13. p. 19<sup>23</sup>. \*\* Ita COCCEIUS, HEIDEGGER  
p. 294.  
\*\*\* Phil. Sacr. L. V. Tr. I. c. XVI. loc. citatis.

inde est conclusio: mundum gentium haereditabis. Promissio semini eius oblata exinde haut difficulter infertur: mediante enim semine suo Abrahamus istam gentium consequitur haereditatem. Hinc et Apostolus ex GEN. XV. 5. promissionem iam ante sanctam, v. 18. repetit: *ita semen tuum erit.* Nec de nihilo est, adtendisse hic ad vim particulae disjunctivae in verbis Pauli v. 13. *Abraham AVT semini eius.* Sic una eademque ponitur promissio, explicite Abrahamo, *AVT implicite semini eius facta.* Ad quod accedit sequioris temporis declaratio, qua explicite addicta fuit, quae ante implicita fuit, promissio. IES. XIV. 2. IER. III. 19. AMOS. XI. 11. in primis ES. LIV. 3. *Et semen tuum gentes haereditabit.*

### §. XXIX.

His paestructis ad arcem caussae euadamus. Largior viris eruditis promissionem de *haereditate mundi;* nec repugno, si inter insignia Israelis Dei beneficia reponatur ista ex conuersione gentium haereditas: verum longe augustior est *haereditas terrae,* cum hac minime confundenda. Subsoluit iam aliquid huius discriminis celeberrimo Interpreti, CAMP. VITRINGAE, qui peculiari dissertatione in id inquisuit: \* sed siuis ita se inuoluit hypothesibus, vt longius ab omni veritate videatur aberrasse: de quo deinceps. Res omnis eo redit, quod mundi seu gentium haereditas exiguum tantum partem constituat felicitatis ex haereditate terrae redundantis. Latissime patet terrae antitypiae possesso, beatitudinem in regno coelorum inchoatam, post mortem consummatam, ex resurrectione mortuorum consummatissimam; complectens:

vt

\* Obs. Sacr. L. V. c. VI. p. 66.-93.

vt mox demonstrabimus, Gentium vero haereditas ad periodum huius ævi spectat: tantumque abest, vt integrum eius absoluat felicitatem, vt vel tenuem demum eiusdem contineat particulam. Terram antitypicam dum incolunt promissionum haeredes, nullo non felicitatis coelestis genere beati, accedit ipsis aliunde mundi haereditas, non ipsam constituens regni coelorum beatitudinem, sed nouam tantum praebens laetandi materiam. Ita tradit scriptura, alludens ad possessionem gentium circumiacentium, quas in haereditatem populo Canaanis typicae concesserat Deus. Sie vaticinatur IESAIAS c. XIV. 2. *Et tanquam haereditatem occupabit illos (gentium populos) domus Israelis IN TERRA IEHOVAE, in seruos et ancillas.* Ita et IEREM. c. III. 17-19. Facile exinde patebit, quam incongrue amplissima isthaec terrae haereditas tam arctis includatur haereditatis gentium cancellis. Adparebit, viris eruditis fundamentum deesse biblicum, quo tanta inniti videbantur fiducia. Ut nihil dicam de exilitate sensus, et lacerata notionum connexione, si hoc modo accipias: „Beati, qui ex paupertatis spiritualis sensu „mansueti sunt. Illi enim haereditatem gentium, dum ad „Christum convertuntur, obtinebunt sua, qua eas siue „alliciunt, siue expectant, mansuetudine!

## §. XXX.

Septima classis interpretum ad tempora refrigerii, Chiliaстis laudata, hanc terrae haereditatem protrudit. Transeo chiliasmi crassioris patronos, qui sanctos ante mundi interitum hanc terram occupaturos, et cum Christo visibiliter regnatos, Petersenianis suavisomniis ine-

E 3

inepiunt. Examinanda potius est subtilior CAMPEG.  
**VITRINGAE** interpretatio, qua hanc terram maiorem  
 partem a faece malorum purgatam, a piis et sanctis sub Principum  
 bonorum regimine longum tempus pacate iri habitatum, nec fore,  
 ut temporalis haec piorum felicitas a tyrannis et principibus bellico  
 furore incensis, turbetur. \* Sequar demonstrationem, qua  
 hypothesin firmat Vir eruditus, facileque elucescat quam  
 lubrica sit. Etenim 1) Supponit vt rem exploratae veri-  
 tatis: oraculis Prophetarum, et doctrina Christi atque  
 Apostolorum comprehendendi promissa de florente aliquo  
 ecclesiae statu in his terris, quo regna huius mundi subii-  
 ciantur piis rectoribus, et terra a mansuetis pacate possi-  
 deatur, exterminatis impiis, aut Christo mentiri coactis,  
 seu cum hypocrisi eius doctrinae se conformantibus.  
 Concesserim haec omnia: sed nondum sequetur, particu-  
 larem hanc ecclesiae felicitatem rem esse eandem, ac pro-  
 missio vniuersalis adeo augusta de haereditate terrae inuoluit.  
 Non disputamus de laetioribus ecclesiae fatis, sed de vi  
 phraseos: *haereditas terrae*, quam pro lubitu ad hunc sen-  
 sum detorquet. An Canaanis forte haereditas typica nil  
 aliud fuit ac exile felicitatis cuiusdam terrestris, eiusdem-  
 que periodicae, pigmentum? An haec sunt bona nouae  
 oeconomiae testamentaria? An integra haec noui testa-  
 menti haereditas? Ut nihil dicam de tortura loci ACT.  
 III. 19., quem BEZA recte de refrigerio post resurre-  
 ctionem mortuorum explicat: tunc enim demum beatiti-  
 tudine consummatissima restituuntur, quae per lapsum  
 Adami ceciderunt. Nec felicius adducuntur loca

I.

\* Oëf. Sacr. I. c. §. XI. p. 78.

1. COR. VI. 2. APOC. XI. 15. Haec enim ad haereditatem mundi spectant, quam ab haereditate terrae ipse distinguere voluit Vitrina, sed minus cogitate confundit. Ita prima demonstratione nihil efficit Vir clarissimus; quin ne possibilitatem quidem conflictae interpretationis probavit: hanc enim notio scripturaria *haereditatis terrae* manifesto destruit. Altero arguento minus adhuc hypothesi consulit. Istiusmodi haereditatem PS. XXXVII. describi contendit: sed petit principium. Post excisos utique tyrannos, qui a tempore Dauidis usque ad Christum saeuierunt, mansueti haereditatem hanc sunt consecuti, et uno post alterum hoste eradicate, consequentur usque ad finem mundi. Pax, quacum coniuncta est haereditas, non est civilis sed spiritualis. Possessio in perpetuum durans felicitati periodicae aperte contrariatur: sed ex nostra exegesi huic haereditati egregie conuenit. Terram a iustis et mansuetis possidendam esse, multo minus ei patrocinatur: quod ex argumentis supra aduersus sententiam de felicitate temporali prolatis manifestum est. III. Hinc frustra sciscitur tempus, in quod conficta falsae hypotheses hereditas incidat. IV. Non sufficit, quod beneficium hoc bonum noui testamenti essentiale haut faciat vir eximius: tale enim esse debebat, quodsi beatitudinis universalis praemonio sua stet veritas. Nec antitypum ingredi potest terrefris haereditas, quae typi fuit.

### §. XXXI.

Quae IO. CLERICI de mansione pacata in Canaane terrestri exponentis refert sententiam *otiana*  
Classis,

Classis, \* prolixia refutatione indigna est. Ignoravit forte Messias imminentem Republicae Iudiciale euer-sionem aut miseram in terra, maledictioni proxima, manendi licentiam in tanta posuit felicitatis parte, ut toto animo commotus mansuetorum ideo praedicaret beatitudinem? Et quae quaevis insania fuisse, praeu-dere terrae exules, qui persecutionem patiuntur, eosque solari; eodemque tempore mansuetis beatas in terra, ty-rannis repleta et persecutoribus, promittere sedes! Ta-ceo argumenta, quibus iam opinioni de felicitate terre-stri neruum incidimus §. XXII. \*\*

## §. XXXII.

Vidimus naevos, quibus in explicanda terrae ha-ereditate eruditorum adhuc laborant sententiae: nunc et quibus modis solidiora tradantur, dispiciamus. Ty-picam respici Canaanis terrestris haereditatem plures iam coniecturati sunt interpres, quibuscum ea in re mihi conuenit: at in quo antitypica ponenda sit beatitudo, id altioris adhuc est indaginis. Per partes eundum erit, ut quae verbis Seruatoris vis insit atque potestas, lu-cientius adpareat. Demonstrandum itaque a) Verbis *Ex-geografia 745 v. 743* ad Canaanis terrestris haereditatem remitti. b) hanc typi rationem habuisse, ostendendum. c) quanam sint antitypi partes, euoluendum. d) rationes, quibus inductus sit Seruator, ut hoc modo sententiam exprimat, decla-

\* Dans le nouveau Testament avec in notis enim ad Hammondum, edi-tionis secundae emendationis, ne ver-  
des Remarques p. 15, Amst. 1703.  
\*\* Ipse IO. CLERICVS hanc bulo quidem repetit,  
postea opinionem videtur erubuisse:

declarandum. *e)* Denique ex his integer orationis sensus colligendus est.

## S. XXXIII.

Non aequa conjectura est, ut MALDONATVS, BARRADIVS, aliique opinantur, sed certitudinis omnimodae veritas, verbis Scrutoris ad Canaanis terrestris haereditatem respici. Id ut patescat, tenendum I. Ex quo tempore Abrahamo eiusque Semini terrae addicta fuit haereditas, frequenti adeo usu inualuit haereditatis terrae commemoratio, vt in singulis fere scripturae V. T. paginis adpareat, ad pactionem hanc Abrahamicam ubique se referens; ita, vt alio sensu haut occurrat, nec alia proinde ac haec excitari possit notio. GEN. XV. 7. 8. XXVIII. 4. EXOD. XXIII. 30. LEV. XX. 24. NVM. XLV. 24. XVIII. 20. XXI. 35. XXXIV. 2. 17. XXXVI. 2. DEVT. I. 21. II. 12. 31. III. 12. 20. IV. 1. 38. V. 31. 33. VI. 1. 18. VII. 1. VIII. 1. IX. 4. 5. 23. XI. 8. 10. II. 29. 31. XII. 29. XVI. 20. XIX. 10. XX. 16. XXI. 1. 23. XXIII. 20. XXIV. 4. XXVIII. 21. 63. XXX. 5. 18. XXXI. 13. IOS. I. 15. XVIII. 3. IVD. XI. 22. XVIII. 9. I. PAR. XVI. 18. XXVIII. 8. II. PAR. VI. 27. ESDR. IX. 11. NEH. IX. 15. 22. 23. 24. PS. XXV. 13. XXXVII. 9. II. 22. 29. XLIV. 3. CV. 11. ES. XIV. 21. XXXIV. 17. LX. 21. LXI. 7. IER. III. 19. EZECH. XXXIII. 25. 26. XLV. 1. ZACH. IX. 4. II. Istam terrae haereditatem tam aude expectabat ludacorum natio, vt omnium fere in ore volaret, animisque tenacissime infixa haereret. In unico Psalmo XXXVII. ex quo verba nostra desumpta sunt, vel quatuor omnino vicibus

F

v.

v. 9. 11. 23. 31. commemoratur. Quia ex Iudeis ad Iudeos loquebatur, aliam proinde vocibus subiicere potestatem non aequa valebat. III. Messias, Spes Israelis magnumque illud Abrahami semen, qui ad implendum factas patribus promissiones venerat, non ita praeterire poterat promissionem adeo eminentem, ut verbis iisdem, quibus enunciari alias consuevit, alienum prorsus adiungeret significatum. IV. Reliquas beatitudines verbis propheticis dum enunciauit Scrutator, causa non subest, cur hoc loco neglexerit. Manifestum potius est ex ipsissimis Psalmi XXXVII. verbis, eum cum primis ad hanc Israelis expectationem attendisse. Ast in hoc Psalmo <sup>xxvii.</sup> ~~xxxvii.~~ pactitiae istius haereditatis fit mentio. V. Iudeorum libidine dum immane quantum peruerteretur sanctissima promissio, e re erat doctoris mundi, ut ab inquinamentis purgaret, et contrariam veri haeredis indolem declararet. Sic et in reliquis fecit legis et Prophetarum vindex.

#### §. XXXIV.

Extra oleas Itaque vagantur Viri eruditii, qui in verbis *κληρονομίας* *της γῆς*, quae Deus coniunxit, pro lubitu separant. Non quaeritur, quid vox *κληρονομίας* diuissim denotet: an per Hebraismum idem sit ac generatim possidere, vt VATABLVS \* vult: an possidere cum imperio exprimat, vt GOD. OLEARIVS \*\* contendit: an iure mancipii possidere, quae GROTI sententia est \*\*\*: an sine labore ac molesta possidere, vt EPISCOPIVS \* explicat. Hac opera supersedere possumus, vbi quid stylo scri-

\* in *Criticis Anglicanis* T. IV. p. 135.  
\*\* in *Obs. in Matth. Obs. XVII. S. V.*

\*\*\* in *Bibl. illustr. CALOVII* ad h. l.  
\* OPP. T. II. p. 234.

scripturae coniunctim dicant istae voces *ληγενεμένων Της γης*  
 definiendum est. Nec difficile praeterea est intellectu,  
 quod istiusmodi hoc loco significetur haereditas, quae ex  
 dispositione testamentaria obtingit. Totidem enim verbis  
*διαθήκην* vocat Deus GEN. XV. 18. *Hoc die pepigit Deus cum*  
*Abrabamo foedus testamentarium*, dicendo: *Semini tuo dedi*  
*terram hanc.* Vnde et Paulus ad ideam testamenti GAL.  
 III. 15. prouocat. Haec si adtendissent Viri meritis et  
 ingenio illustres, ad alienam de haereditate terrestri expli-  
 cationem haut delapsi essent.

## §. XXXV.

Canaanis haereditatem typi rationem habuisse, inui-  
 tatis argumentis confirmatur. Nam 1) Fundamentum  
 biblicum suppeditat Paulus HEBR. IV. 1. 11. ingressum  
 in terram Canaanis imaginem sistens introitus in requiem  
 regni coelorum. Et ne quis accommodationem dixerit,  
 Dauidis adtendat verba, a Paulo excitata, quibus typi  
 rationem diuinitus indigitatam demonstrat v. 6. 8. Ac-  
 cedit, quod et ex denominatione terrae requiei arcanam  
 colligat Numinis sapientiam, qua ad Sabbatum po-  
 pulo Dei decretum respexerit. In argumentis tantum  
 modo illustrantibus locum inuenit accommodatio: sed haec  
 ex numero probantur sunt. 2) Typum agnouit Abra-  
 hamus, cui oblata est promissio, testante Paulo. Nam  
 fide, quae hypostasis est sperandorum, commoratus est  
 in terra promissionis, veluti alienus in casulis habitando  
 cum Isaac et Iacob, cohaeredibus promissionis eiusdem. Ex-  
 pectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex et  
 conditor Deus. HEBR. XI. 9. 10. 3) Ita egit cum Abra-  
 hamo, qui promisit, Deus, ut sublimius quid istis umbris

F 2

depingi

depingi facile intelligeretur, testante Stephano ACT. VII. 5. *Et non dedit illi haereditatem in ea, ne vestigium quidem pedis: et reprobavit illi se daturam possidendam, et semini eius post ipsum, cum non haberet filium.* 4) Per testamentum Deus Abraham haereditatis promissa pepigit, GEN. XV. 18. et sacrificio, quod mortem seruatoris pingebat, gratiouse accepto, confirmauit GEN. XII. 7. c. XIII. 14. 18. c. XV. 8. 9. quin et sigillum testamentarium circumcidionis sacramento appendit, c. XVII. 8. 14. 5) Accedit toties iterata terrae promissio, quam et iumento sanxit, GEN. XXVI. 3. 4. EXOD. XXXIII. 1. EZECH. XX. 6. quae certe Deo indigna forent; si nihil altius ac eaducam agellorum quorundam, ex terra vanitati subiecta, possessiōnem sponderent. 6) Agnouit typum, qui terrestri inuolum insit, prisca Israelitarum pietas: vnde in ipsa Canaanis possessione Canaanis haereditatem expectauit. PS. XXXVII. 9. 11. 29. 31. 7) Quod impii aequē possidebant, piorum absoluere haereditatem non valebat. Demas typum: et haec Deo promittente fuerint indigna. 8) Taceo orationis schemata, per integrum fere nouum testamentum, ad hanc haereditatis promissionem conformata.

## §. XXXVI.

Antitypl partes varie adsignant viri eruditii. Alli ad regnum gloriae, alli ad regnum gratiae referuntur. Nos ut accurate definiamus, tres eius partes principales constitutimur. I. Canaan emblema est beatitudinis inchoatae in regno Gratiae sub oeconomia meliorum promissionum. Ita describit PSAL. 8<sup>c</sup> LX. 21. *Et ad populum tuum quod attinet: omnes illi IVSTITI: in seculum possidebunt terram:* quo fere remittit ad PS. XXXVII. 29. *Eundem in modum c. LV. 13.* vaticinatur: qui fiduciam in me reponit, haereditabit terram: cui totidem verbis responderet PS. XXXVII. 9. *Quin et tempore beneficacis Messiam in foedus populi.*

populi ponendum annunciat, ad erigendam terram et distribuendam haereditatem c. XLIX. 8. Accedit illistris Prophetae IER. III. 19. Hæc terra est melle flens et butyro, ubertatem bonorum spirituslibum ubique referens. EXOD. III. 8. coll. IO. X. 1. Terra pacis per Christum PS. XXXVII. 11. coll. LVCA II. 14. terra requie, finita nunc militia et requie per Christum animis parata. NVM. XIV. 23. coll. ES. XL. 2. MATTH. XL. 28. terra inflorum, per imputram fidei iustitiam ES. LX. 21. coll. ROM. V. 1. Terra lebuae et locus, quem ad habitationem fum operatus erat HOS. XI. 3. EXOD. XVI. 17. coll. IO. XIV. 23. ROM. VIII. 11. Fidelium haereditas ACT. XXVI. 18. 1. PETR. III. 9. EPH. I. 11. GAL. IV. 1. 7. eademque testamentaria HEBR. IX. 15. Hanc ingredimur per eorum baptismi, suffocato quidem Pharaone, sed pluribus adhuc debellandis hostibus. Id ipsum vicissim indicio est, non integrum ista regni gratiae felicitate abfolui Canaanis typum. Hinc II. beatitudinem regni gloriae pingit con summata, post hecram analysis mortentibus in Domino a mortis statim articulo paratum. Sic PETRVS describit, typum cum amityo eg. gie conferens: In haereditatem immortalem, quae mori non amplius sit ac illa; incontaminabilem, in qua non aequo polluitur, ut lustratione opus sit; immarcescibilem, in qua gloria nostra non amplius est vt flos foeni; conferuatam in coeli. 1. PETR. 3. Hanc coginavit Abrahamus, de terrestri haereditate minus solicius, sed coelestem anhelans HEBR. XI. 9-16. Eoque concedunt loca illustris MATTH. XXV. 34. 1. COR. VI. 9. IO. EPH. I. 14. COL. III. 24. TIT. III. 7. Denique et illi. Beato consummatissima post resurrectionem mortuorum credentibus speranda, indigitatur. Hoc sensu martyres fidei ex populo veteris oeconomiae, docente PAVLO, non obtulerunt promissionem haereditatis, quod Deus de nobis melius quoddam prouiderat, ne sine nebris consummarentur. Accedere nempe debeant et nouae oeconomiae haeredes: ideo mortuorum dilata est resuscitatio. HEBR. XI. 39. 40. Significanter admodum ad hanc haereditatis partem alludit Apostolus 1. COR. XV. 50. Hoc autem dico, fratres, quod CARO ET SANGVIS regnum Dei οὐ γρονομός εἴ̄ HAEREDITATE consequi non valeant. Sic et noua dum post resurrectionem corporis descendit Hierusalem, vox coelestis exclamat: qui vincit, OMNIA haereditabit. APOC. XXI. 7.

## S. XXXVII.

Rationes, quibus inductus sit seruator, vt hoc modo sententiam diceret, gravissimæ substantia. Etenim I) Haereditatem terrae carnalem magna tum animâ impotentia expectabat populus, ad quamvis iniuriam inter calamitates publicas ex ardescens, ferocia: Opponit his seruator spiritum lenitatis, qualesque esse debeant, qui de haereditate patribus addicta velint laetari, verbis Dauidicis declarat. II) Mansuetudinis legem impie peruerterant Pharisei, contra quos in dolo huius virtutis et necessitatem ex arctissima eius cum haereditate desiderata connexione, vindicat. III) Evangelio nihil magis obest ac animus malii impatiens; unde quibus per multas tribulationes cundum est in regnum coelorum.

Bibliotheca H. Seeliger MDCC.

coelorum, ut *in Tempore* recipient verbum ipsius implantandum, adiunget. IAC. I. 21. IV. Mansuetudo ex paupertate spiritus proueniens, universale est Christiani omnium temporum officium: quam eo fortius nouis regni coetorum ciuibus commendat Seruator, quo tristior fuit Patrum, mansuetudinis defecta in deserto excisorum, interitus.

## S. XXXVIII.

Mentem denique Seruatoris hanc esse existimo. Beati mites, qui leni sunt animo; ex paupertatis spiritualis sensu affectibus temperantes, in prouidentia diuina placide acquiescentes, nulla aemulatione incensi, ab omni contentione et ferocia alieni. Tales utique esse debent regni coelorum ciues, diversi plane a perditis seculi exemplis. Ihsus conferetur pacto Abrahamitico filii promissionis addicta haereditias. Omnis generis benedictione spirituali in osconomia meliorem promissionum cumulabuntur, beatitudine dum viuent inchoata; ad beatas translati fides, regni coelorum gaudis perfekte fruenterunt; beatitudinem tandem in resurrectione mortuorum haereditabunt consummatissimam.

## CORRIGENDA.

p. 4. l. 6, a fine pro licinia lege lacintas p. 11. pro Sextimus l. Sextinus.  
p. 17. pro eiusque l. orbisque. ibid. iii. vlt. pro offici l. officio.

RESPONDENTI  
GRATIAM ET LAETA QVAECVNQVE  
PRAESES.

**N**olo laudi tuae hederam suspendere, *Suuauissime Siebert:* neque chartae permittit angustia, ut sim verbosior. Paucissimis dico quod Te diligam. Studii Theologici triennium in hac nostra Academia ita peregristi, ut industria et moribus compositis in exemplum eminueris. Theologiam dogmatico-polemican, moralem, typicam, homileticam, casuisticam et Pastoralem, studium historiac ecclesiasticae, in primis vero sacrae scripture exegesim, me praeente, digna studio Theologiae tractasti opera: nec sive cathedram sive suggestum descendenter, tuam desideravi praesentiam. Communis mihi tecum obtigit patria: quidni laeter? Macte virtute Tua: augere gratia: excresce in emolumentum ecclesiae: et digna olim refer industriae praemia. Amicos conciues meo nomine quam humanissime saluta. Scribeb. in Academia Fridericiana Erlangensi d. II. Septemb. MDCCCL.

39 A 6970



Retro ✓



# MANSVETI TERRAE HAEREDES

MATTH. V. s.

## DISSERTATIO THEOLOGICA CVIVS

SECTIONEM PRIOREM EXEGETICAM  
*AD DIVVANTE DEO*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPTE AC DOMINO  
DOMINO

## FRIDERICO

MARGGRAVIO BRANDENBURGI, BORVSSIAE  
SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE DVCE,  
BURGGRAVIO NORIMBERGAE, CAETERA CAETERA

DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO  
PRAESIDE

*PRORECTORERE MAGNIFICO*

## CASPARO IACOBO HVTHIO

SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESS. PVBL. ORDIN.  
PAROCHIAE PALAEOPOLITANAE ANTISTITE

GYMNASIORVM ILLVSTRIVM BARVTHINI  
ET ERLANGENSIS SCHOLARCHA

<sup>IN</sup>  
ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
*DIE III. SEPTEMBRIS MDCCCL.*

PUBLICAE TΩΝ ΘΕΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ VENTILATIONI  
EXPOΝIT

## NICOLAVS MAXIMILIANVS SIEBERT

MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

---

ERLANGAE, TYPIS IO. DITER. MICH. CAMERARI, ACAD. TYPOGR.

